



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De naturali ac Christiano matrimonio. tit. 130

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

cedunt votum matrimonij, & pluris sunt, & magis obligant, quæ Deum, & salutem animæ respiciunt, quam copula matrimonij, quæ solum hominæ respicit. Acto. 5. oportet Deo magis &cæt, March 10. Qui plus diligit patrem & matrem, &cæt, quam me, non est me dignus. Non ergo sequi obligatur vxor sectariorum virum si hic vxor patitur contumelias, plagas, beata est, Matt. 5. quoniam propter iustitiam. Sic plures virgines & mulieres maluerunt occidi, quam sequi infideles, aut sectarios. Nota Eusebius plures, qui nolebant consentire Arrianis, &c. Nec est verum, quod prætendunt, virum oportere reddere rationem coram iudicio Dei, &c. Falsum est. Nam de rebus fidei quisque pro se debet reddere rationem, 2. Cor. 5. sed de alijs rebus corporalibus, quoniam modò tractâsti vxorem, & illi præfueristi, &c.

Tertiò, grande periculum est, dare se extra unitatem catholicam Nam Galat. 5. Apostolus dicit, quod sectæ regnum Dei non possidebunt, & quod omnia opera & sacramenta nihil sunt, non sunt salutaria extra charitatem, 1. Cor. 13. et si obiciunt, fides Christi hic habetur: Respondeo, charitas autem & unitas non habetur, sine qua fides nihil est, 1. Corint. 13. Ita rum non declinamus ab unitate Ecclesiæ, immo nos sumus vera Ecclesia. Respondeo, Capita Ecclesiæ nobis denunciârunt vos esse extra Ecclesiam, & velut rebellio, odium, detractio probat, ideo quia dictum est Ecclesiæ. Matt. 18. vos tales esse &c. Ideò non est Ecclesia. Inquit vxor: timeo plagas, ob id propter quem sequor. Respondeo, Maior est unitas & concordia Ecclesiæ catholicæ quam viri &c.

DE NATURALIA AC

Christianismo matrimonio.

TITVLVS CXXX.

PRIMO

R I M ò, naturale matrimonii dicitur, vbi mutuus consensus confederat homines, qui natura sunt coniugibiles, ut Mas & Foemina. Sic Gentes & Turci habent matrimonium, vbi solus sexus, diuinitas, luxuria causa est. At Christianum matrimonium dicitur, quod propter verbum Dei & fidem in Christum contrahitur, & de illo dicitur Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet. Hoc matrimonium non fit solum propter diuitias, formam, luxuriam, sed ideo, quoniam Deus instituit & ordinavit ad procreationem prolis, ad fornicationem vietandam, 1. Cor. 7.

Secundò, hoc sacramentum facit, ut qui in matrimonio sunt, non peccent, 1. Cor. 7. Nam fides, quam quisque alteri thoro seruat per vitam: subinde proles que educatur: Tertio, sacramentum, id est, benedictio, quam Deus dat legitimis, hic in presenti quo ad terum abundantiam & in futuro, quo ad præmium in celo pro Christianè seruato matrimonio, omnia haec faciunt Deo acceptum hunc statum & ordinem, quem etiam in Paradiso ordinavit Gen. 2. & sic matrimonium dicitur impetrare gratiam, & huius rei signum est legitima copulatio. Significat quoquid matrimonium utrunque naturam in una persona Christi unitam, ut Apostolus deducit ad Ephes. 5.

Tertio, habet Christianum matrimonium promissionem, qualis non habuit naturale. Unde 1. Tim 2. inquit Apostolus, quod mulier saluabitur per filiorum generationem, si permanferint in fide & dilectione & sanctificatione, id est, per hoc medium Christiani matrimonij vult saluare & distribuere gratiam salutis. Naturale igitur matrimonium licet habere promissionem fecunditatis, Genes. 1. Crescite & multiplicamini, non tamen habet promissionem salutis. Ideo dicit Apostolus Heb 13. Honorabile est coniugium

328 SVMMA DOCTR. CHRIST.
coniugium & cubile impollutum, fornicatores u.
tem punit Deus & maledicit.

Quartò, tria sibi mutuò debet coniuges legitimi
propter Christū, Primò, reuerentiā & honorem, i.
alter alterum contemnat, non propter voluptatem,
sed propter Deum. Sic inquit Petrus 1. Pet. 3. Viri co.
habent suis vxoribus: non relinquant, neque in
postasiam currant. Secundò, condescendant illi alii
quantulùm, tanquam infirmiori vasculo, respectu
viri: non statim contumelijs afficere, plagiis onera.
re, illisque maledicere. Tertiò, honorem imparita.
tes, tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ. E diverso
honorent mulieres maritos, sicut Sara Abraham vo.
cat dominum, &c.

Secundò, adiutorium: ambo enim laborare ex z.
quo debent. Nam Deus Genes. 1. Faciamus Adz adiu.
torium simile sibi. Ideò si alter coniugum aliquid ei.
ferat ex domo, alter verò inferat, equi non ex æquo
trahunt currum, &c.

Tertiò, timorem Dei, nè in vitijs carnalibus con.
tra rationem agant, se peccatis Sodomiticis, inqui.
nent, sicut Apostolos Roman. 1. describit: & sapientia.
demus pueros varijs infirmitatibus affictos, ut apo.
plexia, morbo Valentini. &c. Vbi Deus punit pecca.
ta parentum. Ideò sic debes viuere cum vxore, sicut
decet, non sicut equus & mulius, vbi nullus est timor
aut sintellectus.

*N CATHOLICVS COPU.
lari posuit matrimonialiter sectarie,*

TITVLVS CXXXI.



RiMò, Deus prohibuit Iudeis, vt non fo.
ciarent coniugia cum gentibus, nè de.
spōsarent inuicem suos liberos. Nā gen.
tium mulieres seducēt filium tuum, nè
sequatur me, sed vt magis seruiat dijz
alienis